

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii || Flacci Sermo-||nvm, sev Satyra-||rvm, sev
Eclogarvm libri || duo: Epistolarum li-||bri totidem.**

Horatius Flaccus, Quintus

Francofurti ad Moenum, 1577

2. Ad Lollium

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-306)

A nismus est, quale est *odorati capillos*, & alia sexcenta, reclamantibus fere omnibus libris manu scriptis, qui habent *curatus*, ego vulgatam scripturā tenui, *curtatus*.

IN A EQVALI TONSORE] ex efficiente effectum intellige. capilli iigitur ab inaequali tonsore decurtati, intelligendi sunt inaequaliter decurtati: quemadmodum infra epist. ad Mæcen. 3. huius lib. per textorem exiguae togæ, exiguum togæ significat *Exiguaq; togæ simulet textore Catonem.*

SI FORTÈ SVBVC. PEXÆ TRITA] si subucula mea trita est, tunica autem comta, elegans, munda, atque ita vestitus incedo, rides, quia si hoc cultus genus ineptum sit, & indecorū propter inaequalitatem, & discrepantiam, pexum operosus trito. pexæ vestes, lanosæ, villoſæq; sint ne cessæ est, nempe tales, ut in eis neq; stamen, neq; subtemen appareat: & à pectendo, vel à pectine sunt appellatae: à quibus pexati, qui pexis vestibus amicti sunt. Mart. pexatus pulchre rides mea zoile trita. vnde pexas, id est, ut ita dicam, villoſitas. Plin. lib. 11. cap. 24. quam non ad hoc videtur pertinere cibratæ pexas tele, & quadam politura arte ipsa per se tenax ratio trama?

A EST VAT] commouetur, & agitatur animi perturbatione, & inconstantia. tralatio ducta est a maris aestibus nunc accendentibus, nunc recedentibus. sic M. Tull. accus. lib. 2. de iure dicendo, aestuare illi, qui dederant pecuniam. ibid. Itaque aestuabat dubitatione: versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam corpore.

DISCONVENT] dissidet, discrepat: vt discoducit apud Plaut. in Trinummo.

IN SANIRE PVTAS SOLL. ME] id est, putas insaniam mihi esse solennem, & visitatam: ictus circò neque miraris, neque rides. dictum *sollennia* pro solenniter: vel putas me communī omnium hominum more insanire. alij legendum putant *sollennia mi*, pro *michi*. hoc sensu, putas mihi rem esse solenne, & visitatam mutare in horas sententiam, & insanire. alij post vocem *sollennia* distinctionis notam ponunt, hōc q; modo hunc locum explicant: insanire, putas esse res omnibus

C mortalibus sollenneis, & visitatas: id est, rem omnibus hominibus sollenne: neque me rides.ocabuli autem sollenne hæc significatio est, quam ostendimus. sic epist. ad Loll. 2. hoc lib. Romanis sollenne viris opus, utile fame, *Vitaq; & membris*. sic Tibull. lib. 2. Ille leuis stipula sollenneis potus aceruos Accendet flamas transiliētque sacras. Cic. ad Attic. li. 7. tantum illud nostrum sollenne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine litteris dimittamus. Iterum Horat. epist. 1. lib. 2. Roma dulce diu fuit, & sollenne, reclusa Manè domo, vigilare.

NEC MEDICI] qui me sanet, qui elleboro purget.

APRAETORE DATI] Prætoris erat furiosis, & mente capti curatores dare, si deessent agnati & gentiles. nam, vt scribit M. Tul. Tusc. 3. qui ita sit affectus, cum dominum esse rerum suarum vetant xii. tabula. vide Caium iuris cons. in institutione iuris civilis.

TUTELA] tutor, defensor. aliter dixit Od. 6. lib. 4. *Delia tutelæ*, &c.

ET PRAVE SECT. STOM.] ob rem leue, D ob rem nihil irascaris. ordo autem verborū est: cùm ob vnguem amici de te pend. & te respiciens, præfectum stomacheris. significat, homines levia suorum amicorum incommoda, vt quæ ad corpus pertinent, ad eamq; corporis particulam, quæ non ita magnam curam desiderat, iniquo animo ferre: maxima autem, & quæ ad annum referuntur, negligere.

TE RESPIC.] oculos & aspectum ad te referentis, vt patronum & parentem.

AD SVM MAM, SAP. VNO MIN. EST IO.] hac de rediximus sat. 3. lib. 1. ad illum locum fidines, quis sapiens est. Quod autem ad genus loquendi attinet, uno minor est Ioue, id est, vni Ioui cedit: uno Ioue inferior est: vni Ioui secundus est: tale est illud Oda 12. lib. 1. *Tē minor latum reget equi orbem*. & Od. 6. lib. 3. *Dixisse minorem quod geris, imperas*. & sat. 10. lib. 1. *Inuentore minor*. nō multo aliter epist. 10. lib. 1. donec minor in certami ne longo. aliter Oda 5. lib. 3. *Paruōsque natos*, vt capitis minor. Asē remonisse. aliter & sat. 3. lib. 2. in extr. O maior tandem parcas insane minori.

PRÆCIPVÈ SANVS] nomen sanus ad corpus propriè pertinet: transfertur autem etiam ad animum. ad corpus retulit Horat. epistola ad Mæcen. 2. huius lib. *Si me vivere vis sanum, recteque valentem*. Et certè mihi videtur hoc loco ita posuisse, vt vtroque modo intelligi vellet, & pro eo, qui corpore valet, & pro eo, qui sanæ mentis est. nam nomen pituita, quod statim sequitur, quamvis morbum corporis propriè significet per tralationem tamen etiam ad animi morbum pertinet, inanémque quandam laudis, & gloriæ cupiditatem significat, vt κόρυψ apud Græcos. Lucianus in dialogo Μενίππ. καὶ Αἰάκος. ἀνὰ νερὸς οξία, καὶ πύρος, καὶ πλλῆς κόρυψ. fortasse autem Stoicos irritet, qui affirmant, sapientem non solum diuitem, &c. sed etiam sanum semper futurum: cùm id neque in sapientis, neque in cuiusquam sit potestate positum. in nomine pituita autem cùm prima syllaba longa sit, dubium non est quin duæ vocales sequentes, u, & i, contrahantur, & coēant in unam syllabam κόρυψ. qua de re alibi diximus.

EP. 2. AD LOLLIUM. I.

TROIANI belliscriptorem, maxime Lolli,

Dum tu declamas Romæ, Prænestē regeli:

Qui, quid sit pulchrū, quid turpe: quid utile, quid non:

Plenius, ac melius Chrysippo, & Cranto re dicit.

Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.

Sf ij Fabu-

- A *Fabula, quā Paridis propter narratur a-*
morem,
Græcia barbaria lento collisa duello,
Stultorum regum, & populorum conti-
net æstus.
Antenor censet bellum præcidere causam.
Quid Paris? ut saluus regnet, viuatque
beatus,
Cogi posse negat. Nestor cōponere liteis
Inter Peleiden festinat, & inter Atreidē.
Hunc amor, ira quidem communiter u-
rit utrumque.
Quicquid delirant reges, plectuntur
Achiui.
Seditione, dolis, scelere: atque libidine,
& ira
- B *Iliacos intra muros peccatur, & extra.*
Rursus quid virtus, & quid sapientia
possit,
Vtile proposuit nobis exēplar Vlyssēm:
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus
urbeis,
Et mores hominum inspexit: latūmq; per
æquor,
Dum sibi, dum socijs redditum parat, aspe
ra multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis un
dis.
Sirenum voces, & Circæ pocula noſti:
- C *Quæſi cum socijs stultus cupidusque bi-*
biffet:
Sub domina meretrice fuisset turpis, &
excors:
Vixisset cāis immūd^o, vel amica luto ſus.
Nos numerus ſumus, & fruges conſume-
re nati,
Sponsi Penelopæ, nebulones, Alcinoique
In cute curanda plus æquo operata iuuen
tus:
Cui pulchrum fuit in medios dormire di-
es, &
Ad strepitum citharæ ceſſatum ducere
curam.
- Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte la* D
tronos:
Vt teipſum ſerues, non expurgiſceris? at-
qui,
Sin oles ſanus, curreſ hydropicus: & ni
Posces ante diem librum cum lumine: fi
non
Intendes animum ſtudijs, & rebus hone-
ſtis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere. nā
cur,
Quæ laedunt oculos festinas demere: fi
quid
Est animum, differs curandi tempus in
annum?
Dimidium facti, qui cæpit habet. ſape-
re aude: E
Incipe. viuendi rectè qui prorogat horā,
Rufius exspectat dum defluat amnis:
at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æ-
uum.
Quæritur argenteum, puerisque beata
creandis
Vxor, & incultæ pacantur vomere filiæ.
Quod ſatis eſt, cui contigit, hic nihil am-
pius optet.
Non domus, & fundus, non æris acer-
uus, & aurum
Ægroto domini deduxit corpore febreis, F
No āimo curas. valeat poſſessor oportet,
Si comportatis rebus benè cogitat uti.
Qui cupit aut metuit, iuuat illum ſic do-
mus, aut res,
Vt lippū pictæ tabulae, fomenta podagrā,
Auriculas citharæ collecta forde dolen-
teis.
Sincerum eſt niſi vas, quodcumque in-
fundis, aſſicit.
Sperne voluptates. nocet emta dolore vo-
luptas.
Semper auarus eget. certum voto peteſi-
nem.

Inui-

- A Inuidus alterius macrescit rebus opimis.
 Inuidia Siculi non inuenere tyranni
 Maius tormentum. qui non moderabitur iræ,
 Infectum volet esse, dolor quod suaserit,
 & mens,
 Dum pœnas odio per vim festinat inulto.
 Ira furor breuis est, animum rege: qui,
 nisi pareret,
 Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce
 catena.
 Fingit equum tenera docilem ceruice ma-
 gister,
- B Ire viam, quam monstrat eques. venati-
 cus, ex quo
 Tempore ceruinam pelle latravit in au-
 la,
 Militat in siluis catulus. nuc adibibe puro
 Pectore verba puer, nunc te melioribus
 offer.
 Quo semele est imbutare cens seruabit o-
 dorem
 Testadiu. quod si cessas, aut strenuus an-
 teis:
 Nectardum opperior, nec præcedenti-
 bus insto.

TROIANI BELLI SCRIPTOREM, &c.]
 Iliadem Homeri relegi.

- C PRÆNESTE] quod frigidum appellat Od. 4.
 lib. 3. seu mihi frigidum Prænesti, seu Tibur super-
 num, &c.

PVLCHRVM] honestum. καλὸν. sic apud M.
 Tull. pulchritudo factorum.

PLENIUS] vberius, copiosius. lib. 1. Vatic. ha-
 bet Planius. cum quo & quidem alij congruunt.

CHRYSIPPO] qui fulcire putatur porticum
 Stoicorum, vt scribit M. Tull. lib. 2. Academ. hic
 septingentos libros, & plureis edidit. Ita autem
 claruit in dialecticis, vt plerique existimarint, si
 apud Deos locus esset dialecticæ, non aliam dia-
 lecticam futuram, quam Chrysippream. exstat &
 de eo hic senarius apud Laertium, Εἰ μὴ γρῆν Χρύ-
 σιππός, οὐδὲ τίς γάρ, id est, nisi enim esset Chrysip-
 pus, non esset porticus.

CRANTOR] Academico, de quo M. Tull.
 Tuscul. 3. his verbis, Nec absurdus Crantor ille, qui
 in nostra Academia vel in primis fuit nobilis. Mini-
 mè (inquit) assentior ijs, qui istam nescio quam indo-
 lentiam mognopere laudant: quæ non potest villa esse,
 nec debet. Ne agrotus sim (inquit) sed si fuerim sensus

D ad sit, siue secetur quid siue auellatur à corpore. nam
 istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit
 immanitatis in animo, stuporis in corpore. verba
 Crantoris Græca reperiuntur apud Plutarch. εὐτῷ
 ἀρχεῖον. οὐτοὶ Απολογί. μὴ γὰρ νοσήμεν (φοῖν) οἱ Ακαδη-
 μαιοὶ Κράταροι νοσήσασι δὲ πάρει πεπλωτοῖς, εἴτ' οὐδὲ πέμπο-
 πεπλωτοῖς, εἴτ' ξυπατῶν, τὸ γὰρ αὐτόν τον τούτον εἴ-
 τεν μεγάλον ἐγγίνεται μεθόν τον αὐθόπω. πεπτιλοθαῖς γὰρ
 εἴκος εἴκει, μὲν σώμα τοῦτο, εἰπεῖται δὲ λύχνος. Idem Tullius lib. 5. de Finibus, tamen audebo te ab hac A-
 cademia noua ad veterē illā vocare: in qua, ut dicere
 Antiochū audiebas, nō iij soli numerātur, qui Acade-
 mici vocātur, Spensippus, Xenoc. Polem. Crator, &c.

D E T I N E T] Vatic. vnus habet destinet, vt for-
 tas legendum sit distinet.

B A R B A R I A] Phrigia. alias per barbaros Per-
 sa & Medi significantur: vt Oda 29. lib. 1. que ti-
 bi virginum Sponso necato barbaras eruerit? Ex quo
 loco intelligere licet, falli eos, qui per barbariam
 semper Phrygiam significari putant.

C O L L I S A] conflictata, contrita, seu commis-
 sa, vt Homeris iñād. α. πετροφορεῖσθαι ζωέντε
 πάχθαι: id est, quis vos deus commisit vt inter
 vos contendereis ac decertaretis?

D U E L L O] bello. Duellum (inquit Festus) bel-
 lum: videlicet, quod duabus partibus de victoria con-
 tentientibus dimicatur. M. Tullius oratore perf.
 Nam vt duellum bellum, & duis bis, sic Duellum est,
 qui classe Pœnos denicit, Bellum nominauerunt. Sic
 iterum Festus testatur duonum dictum esse à veter-
 ibus pro bonum.

E A E S T V S] animorum motus, perturbationes:
 in quibusdam lib. scriptis legitur astum. sed pa-
 rum refert.

F A N T E N O R C E N S E T] sic Antenor ia. Kt-
 κλυτέμεν τρῆσε, καὶ Δάρδενοι, ήδ' Οπίκεροι, Οφέλη, τὰ
 μεθυμός εἰν τοῖσι τελεύτῃσι Δευτ', ἄγετ', Αργεῖοι Ελένει,
 καὶ κτηματάρματα τοῦ Δάρδου Λαργείδησιν οὖσιν, &c. i. Au-
 ditte me Troiani, & Dardani, & socij, vt ego vo-
 bis exponam quod sentio. Eia, agite: Arginam
 Helenam, & cum ea, bona, quæ huc secum adue-
 xit, Atridis reddamus, &c.

G B E L L I P R A E C I D. C A V S.] reddere Hel-
 enam Græcis cum ijs rebus, quæ secum Troiam ad
 uexerat, vt declarant superiores Homeri versus.

H Q V I D P A R I S?] apud eundem sic respondet
 Antenori Paris, Αρτίνορ, σὺ μέν κετέ μοι φίλα παῦτ' ἀ-
 γορεύεις, &c. id est, Antenor tu quidem mihi grata
 ista non loqueris.

I V T S A L V. R E G N. V I V A T Q V E B E A T V S,
 C O G I R. N.] id est, negat se posse cogi, vt red-
 dat Helenam Menelao, quod si fecisset, saluus re-
 gnalet, beatusq; vixisset. vel sic: Quid Paris? cogi
 se posse negat, vt saluus regnet, & vivat beat^o, He-
 lena reddedo scilicet. vulgo, sic, Quid Paris? negat
 sibi hanc posse inferri, & necessitatē imponi, si
 futurum est, vt vitiat beatus, & saluus regnet.

J N E S T O R C O M P O N E R E L I T E S] ia. a. H
 κενγιθοῖς Πριάμος, Πριάμοι πεπίδει, ή μοι περιώς μέρα
 κεν κεχροίστο θυμῷ. Εἰ σφῶν πάρει ποδίστο μαρα-
 μένουν, &c. id est, Profectò gaudeat Priamus, &
 Priami filij, si intelligent, voshocmodo inter vos
 contendere.

A HVNC AMOR.] Agamemnonem vrit amor: ira communiter vtrumque incendit, Agamemnonem & Achillem.

PLECTVN TVR] eius luunt pœnas. supra Od. 28.lib.1. *Venusine Plectantur silue.*

V T I L E P R O P O S V I T N. E X E M P L.] in Odylſea. *Exemplar Vlyſſiſ.* id est, Vlyſſem, quem ſibi quifq; proponere debeat imitandum. & attende eum nō dicere exemplum. Sic Alcidamas Odysſeā, καλὸν διδωμίνε βιβλάνη πόρον appellabat, nomine translato, fed longius petito, vt notat Aristoteleſ. lib. 3. Rhetor. id est, pulchrum humanae vi- tae ſpeculum.

D OMITOR T ROIÆ] id est, poſtequam Troiam domuit, ac subegit. Hom. ὁδ. α. ἐπὶ Τοῖντι πολιέσθον ἔπειρον. id est, poſtequam Troiam expugnauit.

D VM S I B I, D VM S O C. R E D. P A R A T] Hom. ibid. Αργούνος λύτρε φύχιον, καὶ νόσον ἐτάραψ. id est, eripere cupiens vitam suam, & redditum ſociorum ſuorum.

B ADVERS. RER. IMMERSAB.] qui numquam ſuccubuit rebus aduersis. immersabilis, αἰλιτης Pindarus εἰδ. C. πολ. Horat. epift. ſuperiore, mersor ciuilibus undis. aliter ſat. 4.lib. 2. *Doctus eris viua misio mersare Falerno.*

SIRENUM VOCES, &c.] Sirenas alij Acheloi, & Steropæ, alij cuiusdem Acheloi & Terpſichoræ vnius nouem Muſarum, filias eſſe tradiderunt, quam opinionem ſequitur Appollon. lib. 4. Argon. Eurip. autem in Helena, Terra filias facit, ἐ ἐπειροφόροι νεανίδες, Παρθένοι Χθονὸς κόραι Σειρῆνες. id est, e, e, pennigere puella, virgines terræ filia, Sirenes. Illæ, cùm integrum, & inuiolatam virginitatem ſeruare conſtituerint, in odium Veneris acerbissimum venerunt. Itaque alas naſta, in orā littoris Etruci euolarunt, insulamque Anthenuſani incoluerunt. earum nomina ſunt Aglaophonia, Thelxiepea, Pisinoa, Ligea. Hæ (vt ait Homer. ὁδυσσ. μ.) eos, qui ad illa loca nauigarent, au- reisque facileis, & vacuas eis præberent, ita ſuo

C cantu demulcebant, ac retinebant, vt numquam poſteā de reditu in patriā cogitarent, ibiique conſenſerent, & mortem obirent. Vlyſſes autem ne quid ſibi tale accideret, cùm à Circe præmonitus eſlet, ſocijs aureis cera obturauit, ſibi pedes, & manus vinciendos curauit, vetuitq; ſe ſolui, ſi forte earum cantu deleſtatus, ad eas nauigare vellet. ſic Hom. Σειρῆνας μὲν τερπτον αφίζει, αἱ ράπε πάντας Αιθράπτεις θέλγυσσον, ὃ περιέδεις εἰσαφίκηται, Οὐ τις αἴδει πελάση, καὶ φθέγξον ἀκέση Σειρῆνων τῷ δ' ἐπιγυανὶ καὶ μία τέκτῃ Οἰκαδὲ νοσθοτην παῖςαται, ἵδε γάνωται: Αλλὰ περ Σειρῆνες λιγυρῆθελγυσσον ἀοιδῆς Ημεναῖς λεμφῶν. id est, Ad Sirenas primū peruenies, quæ omneis homines mulcent, quiſquis ad eas aduenērit, qui per imprudentiam & ignorantiam ad eas accederit, & vocem Sirenu audierit. Ei autem nequaquam vxor & paruuli pueri domum reuerto obuiam procedunt, neque redditum gratulantur: Sed eum perpetuò Sirenes ſuavi, & liquido cantu mulcent, in prato ſedentes, fuit autem talis (vt ſcribit Hom. eodem libro) Sirenu cantus, quo Vlyſſem allicere conatæ ſunt. Δεῦρ ἀγγεῖον πολύταγμον ὁδυσσον, μέρα

κοῦδος ΑΧαϊον, Νῦν κατάδιπον, ἵνα νοῦτερων ὅπ' ἀκέση. Οὐ γάρ ποτε τῇδε παρίλαſoντι μελάνην, Πείνγ' ἡμέσην μελίγηρων διὸ ſouματων ὅπ' ἀκέſoν. Αλλὰ ὅγε τερψάμενος νεῖται, καὶ πλειονα τεῖδας. Ιδμεν γάρ ποτε τῷ, ὅστις ἐν βοΐν εὐρεῖν Αργεῖος βρῶς πεθενιότι πολύγονον. Ιδμεν δὲ ὅσσα γένεται ὅπλη Χθονὶ πυλυποτήρη. Quos verſus vertit M. Tull. lib. 5. de Finibus, vbi docet, nihil aliud à Sirenibus hoc can tu promitti, quām cognitionem rerum, ac ſcien- tiam. vide quæ ſcripſimus ad illum locum, vita- da eft improba Siren Desidia: ſat. 3. lib. 2. Pausanias Atticis, poēmatum, & orationum illecebram, Si- renem appellari ſolere ſcribit his verbis, εἰσθετι δὲ καὶ νῦν ἐν πομπαῖς των κοιλόγονων ἐπαγγεῖλον Σειρῆνειν. Apud Apollon. lib. 4. Argon. Orpheus citharae cantu Sirenum vocem auertit, ne ab Argonautis audiatur.

CIRCAE POCVLA] Circe Solis, & Perſæ filia, Αἴ̄tæ Colchorum regis, Medeæ patris, ſoror. alij Αἴ̄tæ & Hecatæ filiam, Medeæ ſororem eſſe volunt, vt referrt interpr. Appollonij in Argonaut. M. Tull. lib. 3. de natura deorum, ſcribit Circen, & Pasiphaēn ē Perſeide Oceani filia natas eſſe, patre Sole. de ea ſic Hom. ὁδ. π. Κίρκη εὐπλόκαμος δεινὴ θεός, αἰδηνέσσα, Λύπιατο γυμνος ὀλούφρονος Αἴ̄tπα. Α' μφωδ' ἐπηγέτης φαειμερότης πελίοιο. id est, Circe comta co- ma, horribilis dea, diſerta, ſoror germana Αἴ̄tæ perdiſa cogitantis. Ambo autem à ſole homini- bus lucem ſuppedante nati ſunt. Hæc ſocios aliquot Vlyſſis, qui ea loca, in quibus commoraba- tur, exploratum miſſi fuerant, virga illa ſua per- cullos, epotoque pharmaco, ſtatiu in ſues vertit, præter Eurylochum, qui, ceteris eius domum in- gressis, ſuſpiciatus dolum ſubelle, extra foreis re- manſerat. auctor Hom. lib. quem ſuprā comme- morauit, hiſ verbis, Αὐτῷρ ἐπιδάκνετε, καὶ ἔκπονον, αὐ- τῷκ' ἐπιτη Ράβδῳ πεπληγματος συφεοῖσιν ἐφρύνον, Οἱ δὲ συν- μένεχονεφαλάς, φωνώ π., δέμας π., Καὶ τείχας. αὐτῷρ νῆσον ἐπιπδεσ, αἰς τὸ πάρος περ. id est, Porro autem poſtequam Circe pharmacum dedit, & illi ebiberunt, tum illa eos virga percuſſos in haris conuolut. Illi autem ſuum quidem habebant capita: ſed mens eis erat ſtabilis, vt antea. ſic Virgil. lib. 7. Ᾱneid. F Hinc exaudiri gemitus, iraq. leonum, Vinclarecūſan- tum, & ſera ſub nocte rudentum, Setigeriq; ſues, atq; in preſepibus urſi ſauire, ac forma magnorum vlu- lare luporum: Quos hominum ex facie dea ſeu ap- tentibus herbis Indauerat Circe in vultus, ac terga fe- rarum. Dion Chryſoſtomus oratione, quæ inſcri- bitur ιστορίαι, in οὐδεὶς ἀρετής, id est, de virtute, per Circen vult ſignificari voluptatem, quæ non gladijs, neque hætis, neque bipennibus, neque lagittis homines oppugnat, ſed luxu, delicij, epulis, ille- cebris, mollitie, rebus venereis & ſimilibus illicit in fraudem, in eſcat, decipit, effeminat, liquefacit, & eneruat. Multa alia præclara de Circe & volu- pte dicuntur ab illo politiſſimo & dulciſſimo ſcriptore. M. Tull. in Diuinatione contra Caſſi- ſium, alludens ad hanc de Circe fabulam, ita lo- quitur. Eſt adhuc, id, quod vos omnes admirari vi- deo, non Verres, ſed Q. Mucius. quid enim facere potuit elegantiuſ ad hominum exiſtimationem? e- quius ad leuandam mulieris calamitatem? vehe- mentius ad quæſtoris libidinem coercendam? ſumme haſ

A hac omnia mihi videntur laudanda: sed repente è vestigio ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres: redit ad se, atq; ad mores suos. Xenophon Σπουργη. a. hanc de Circe fabulam iocans transfert ad edacitatem, & cibi, potusque immoderationem. eos enim, qui intemperantius edant, & bibant, sues ab illecebris epulatum fieri: Vlysses autem tum sua sponte, tum Mercurij praecipitis ac monitis temperantem effectum cauisse, ne se supra modum cibo expleret. Omnino credibile est, Circen illam, si vñquam fuit, mulierē fuisse impudicam, & libidinosam, quæ arte meretricia, blanditijs & illecebris homines à se illeatos & irretitos, à rebus agendis, & ab officio abduceret, atque ad vitam voluptariam traduceret. quod & Seruius existimat commentar. ad lib. 7. Æneid. non longè à princip. Circæ autem excudendum curavi, secutus treis cod. Vatic. & Iannoct. Faer. Tornes. & alios, quibus hic in Gallia vñsum.

B QVÆ SI CVM SOCIIS STVL. &c.] Hom. id. n. Mercurium inducit iuuenis ornatu, & specie, Vlyssiad Circen eunti, sociosque suos in sues versos repetituro ea præcipientem, quibus eos restitutos in pristinam formam, recuperare possit: simulque remedium præbentem aduersus Circæ beneficia.

STVLTVS, CUPIDVSQVE BIBISSET] Si in eo se stultum, cupidumque præbuerit, ut pharmaca Circæ biberet, &c. Atqui biberit Vlysses, vt est apud Home. sed ea in eum nihil valuebunt, vt pote salutari illo Mercurij phatmaco præmunitum.

SVB DOMINA MERETR.] recte addidit *domina*: nam quisquis meretricio amore deuinctus est, seruitutem seruit, eamque turpissimam. profert hunc versum Seruius ad illum Virgil. Æneid. 7. locum, quem paullo antè commorauimus.

TVRPIS, ET EXCORIS] amens. Hom. ibid. nam, qd; à invoco bñ, id est, malum, & nihil viri habentem. cor enim pro mente sæpe usurpat, vt cùm dicimus quempiam cor non habere. Lucr. lib. 5. Ingenio qui prestabant, & corde vigebant. vñsa est hoc nomine etiam satyra 3. lib. 2. Tunc in janus eris, si accepteris, an magis excors, &c.

AMICA LVTO SVS] Homerus ibid. στασις appellat ξαπαρωδεῖαι, id est, humi cubanteis. sic immundos sues appellat Virg. Georg. 1. id est, vt interpretatur Seruius, luto gaudenteis: & profert hunc locum Horatij,

NOS NVMERVS SVMVS] sumus turba sine nomine, sine virtute, ac dignitate. nam apud scriptores multitudo, numero, non pondere, aut dignitate estimatur, vt infra epist. de arte p. *numero plures, virtute, & honore minores*. Homerus vocat πλῆθων, vt i. a. οἰς φέσσων πλῆθυς. Carent igitur illi quidem omni dignitate, atque auctoritate, qui numerum explet dentaxat: sed longè sunt iij deterrimi, ac postremi homines, qui nullo numero sunt, seu qui ne numeri quidem locum obtinent, quod de Megarensibus olim ab Apolline responsum est, Υμις δὲ Μεγαρεῖς εὐτείπη, εὐπήρη, Οὐ-

δωδεκάποντι, εἴ τινα λόγῳ, εἴ τινα αἰεὶ θυμῷ. id est, vos autem Megarenses, neq; tertij, neque quarti, neq; duodecimi estis, neque vlla in ratione, neque in numero. Sic Aeschines ille apud Theocrit. i. d. queritur se apud Cyniscam puellam nullo numero esse, his verbis, Κύνισκη δὲ τὸν πόνον ἀξιούσην τὴν αἰεὶ θυμῷ, Διονυσοί Μεγαρεῖς αἴποτεν ὅν μοιρή. id est, nos autem neque vlla ratione digni, neque vlo in numero habitis sumus, tanquam infelices Megarenses, in loco infimo, seu in condicione deterrima, & contemtissima. Euripid. in quadam tragœdia, quæ non exstat, Δειλοὶ γάρ ἄνδρες ἐν ἔχοντι εἰ μάχῃ Λεβύν, ἀλλ' ἄποι, καὶ παρόστομος. id est, ignauit enim homines non habent in pœlio numerum: sed absunt etiam si adsint. Idem Eurip. Heracl. σειρήν posuit, pro homine nihil, cum de uno loqueretur: Εἰδὼς μὲν τὸν αἰεὶ θυμῷ, ἀλλ' ἐπτύμως Αρδόντες πούδα. id est, cùm sciret filium tuum nō esse numerum, sed verè virum esse. Non admodum autem dissimile est illud Hom. i. i. d. εἰπώσιον αἴθος αἴρεται: id est, inutile onus terræ, quod usurpauit Plato in Theæteto. καὶ οὐοταῦ ὅπε λύροι εἰσὶ, γῆς ἀλλας αἴθη, ἀλλ' ἄνδρες, οἵτις δεῖ εἶναι εἰ πόλει τὰς στρατομάκες: id est, putant se audire, seu sibi dici, se non esse nebulones, aut nugatores, cùm alioqui sint onera terræ: sed taleis viros, qualeis eos esse oportet in ciuitate, qui salvi sint futuri.

S P O N S I P E N E L O P E] Penelopæ reperi scriptum in quinque codicibus manuscriptis, 3. Vatic. Iannoct. Tornes. non Penelopes. Iam verò sponsorum appellatione procos significat, quos Homerus μυστῆρες nominat. Procorum autem Penelopes viuendi genus fuisse inertissimum, desidiosissimum, mollissimum, dissolutissimum, declarat Homerus multis oīōσοι. libris. exempli causa, lib. 1. Αὐτάρ ἐπὶ πόσιος, καὶ ἐδήποτε εὖ ἔρωτι Μηνῆς ποσιν μὲν εἰ φρεσὶ ἀλλαζέμενες, Μολπῆς ὄργησις πεποντος τὸν αὐτηματα δαρήσ. Κηρυξ δὲ χρονικόσειν φεικαλλέα θῆμε Φημίω, οἳστος οὐδεὶς μυστῶν αἰνάγχη. id est, Porro autem posteaquā potionis & cibi desiderium depulerunt proci: eis quidem alia curæ fuerunt, cantus, & saltatio: hæc enim sunt epularum additamenta. Præco autem citharam Phœmio in manus tradidit: Qui apud procos canebat necessitate coactus. ibidem. Οἱ δὲ εἰς ὄρχησιν, καὶ ημερόστατας εἰσιν Τρεφέμενοι πέρητε, μενοὶ δὲ δηλητοὶ εἰσιν. id est, illi autem ad saltationē, & amabilem cantum conuersti oblectabantur, & ita tempus vespertinum exspectabant. & lib. 3. senibus illis Ithacensisibus conuocatis, Οἱ δὲ εἰς ημέτερον πωλεύμενον ηματίαν Βοῖς ιερεύοντες, καὶ διέ, καὶ πονεῖσι Ειδανάραζοι, πίνεσι ποίοντα οἶνον. id est, hi autem in domo nostra dies omnes commorantes & versantes, boues mactantes, & oueis, & pingueis capras epulantur, & vinum rubrum, seu calidū bibunt. Athen. lib. 4. procorum cenas, & prandia cum Phœcum conuiuijs comparans, taleis illorum esse compositiones ait, qualeis probabile est esse luxuriosorum, vinolentorum, amatorum: Phœcum autem conuiua esse illa quidem delicata, & voluptaria, verumtamen grauiora, & temperatoria.

A L C I N O I Q V E, &c.] Alcinous rex Phœcum apud Hom. id. n. dicit, sibi, ac populo suo conuiua,

A conuiuia,citharam,choréas, cultum corporis va-
rium, ac s̄epe mutatum, calida balnea, Venerem
placere,his verbis,Aei δ' ἡμῖν δῆμος τε φίλη, κύθαρεις π., χο-
ροὶ π.,Εἰ ματέ τ' ἐξημοσίᾳ, λοιπότε θερμά, καὶ ἐκωνια,id est,
Semper autem nobis & conuiuum placet, & ci-
thara,& chori,& vestes subinde mutatae, & lau-
cra calida, & lecti. *Alcinoi* autem patrij casus est,
numeri singularis, cohæretque cum nomine *in-
uentus*,quod proximo versu sequitur.quædam ex
emplaria habent *Antinoijs*,quæ lectio si placebit,
erit numeri multitudinis,recti casus,id est, Anti-
noi similes. fuit autē Antinous unus è procis Pe-
nelopæ,ferox,& arrogans,& contumeliosus.

P L V S A E Q . O P E R .] id est, plus æquo occupata: quæ plus æquo laboris sum sit. operari, est opus facere, operam in re aliqua ponere. sic Lucr. lib. 4. *Et quibus in rebus consuerunt esse operati.* interdū & pro sacrificandi verbo usurpatur, quem admodum & facere, & p̄f̄ḡ apud Græcos. Virg. Georg. 1. *letis operatus in herbis.* Tibull. lib. 2. *Tunc operata deo pubes discumbet in herba.*

ET AD STREP. CITHARÆ CESSATVM] quidam cessantum legendum putant, non cessatum, vt habent vulgati, & manuscripti codicis: & interpretantur otiosorum, & feriotorū hominū curas traducere: quod est, nihil agere, nihil curare: rebus ludicris, ac voluptarijs operam dare, saltare, cantare, &c. quam scripturam nullo in codice vetere reperi. Ego alteram, & receptam, verā esse puto. Porrò autem cessatum ducere, valet, noscere, sopire. sic enim loquuntur Græci, κοιμησαντά, οὐ πάσιν τὰς φρονήσεας, id est, sopire dolores, aut curas.

D E N O C T E] id est, statim post noctem. sic
lib. 2. sat. vlt. *De medio potare die.*

SI NOLES SAN. CVRR. HYDRO.] nos
lescriptum reperi in tribus codicibus manuscri-
ptis, i. Vatic. & Iann. Torri. eamque putauis re&t;a,
& germana scripturam. sententia autem huius lo-
ci haec est: si te non seruabis interea dum sanus es,
(inquit) cog&ti te seruare, & ad medicum curre-
re, tibiq; consulere, cum factus eris hydtopicus.

C Allegoria est, per quam hoc significat, si operam studio sapientiae dare noles interea dum animum à vitijs purum habes: si librum cum lumine antediem non posces: vitia contrahes, quæ non facilè postea abstergebis, & quæ te vigilem assiduè torquebunt. mendosè (opinor) habent quidam libri cures, nisi addas te, & legas nolis. alioqui legendū cures, nempe ad medicum, id est, ad philosophum. verum tamen iudicet lector.

E T N I P O S C E S A N T E D I E M] *épouneia,*
seu interpretatio est superiorum. inuidia & amor
sunt animorum morbi, & quasi hydrôpes: posce-
re librum, & ire ad philosophum, sunt remedia
expetere, & medicum consulere. Sic Dion Chry-
sost. in orat. quæ inscribitur, *Δια βίον τὸν εὐσυμποτικόν*,
ostendit, quemadmodum nemo pharmaca me-
diorū sibi comparat, aut mercatur, nisi agrotet:
ita neminē ad philosophum audiendū accedere,
nisi egritudine aliqua oborta, & in reb. aduersis.

NAM CVR, QVÆ LÆDVNT OCVLOS,
&c.] cur leuia mala, leueisq; morbos depellere
properas: morborum autem animi, qui sunt lon-

gè grauissimi, curationem in annum differt? Huc D
pertinent illa ex oratione Dionis Chrysostomi,
Διογέν. ή ἀρέτης, non longè à principio, Καὶ ἐλεγε
θαυμάζειν [Διογένες] ὅπερ εἰ μὲν ἔφη ὁ δόντας ιασταί, πάντες ἀν
αὐτῷ τεσσαρεσσαν οἱ δέομενοι ὁδόντες ἔχεινται: καὶ τὸ δέ εἴ
το ἔργον ὄφθαλμος θεοπάνειν, πάντες ἀνθρώποι ὄφθαλμος
αὐτῷ επεδίκευνον: γέμοις δὲ εἰ παῖδεσσος, ή ποδέργεις, ή κορύζης
ἔλεγεν εἰδήνας φάρμακον: ἐπὶ δὲ ἔφη πάντειν τὰς πιστομένες
αὐτῷ ἀγνοίας καὶ πονείας, καὶ αἰσθασίας, ὃδες αὐτῷ τεσ-
σαρεχειρ, ὃδε ὀκλευστεῖαιδεις αὐτὸν, ὃδε εἰ πολὺ τεσσαρεῖας
ἀργύρεων ἥμελεν, ως η την ταῦτα τάπαν, ή ταῦτα ὀκλευτῶν ἐνο-
Χλεμενος, ή χαλεπόπερον ἀνθράτω απληνὸς ἀτέχεδως οἰ-
δειντος ή στεφαρμένης ὁδόντος, ή λυκῆς ἀφρονος, καὶ αἰμαθεῖς,
καὶ διεικῆς, καὶ δρασίας, καὶ φιλοπόνου, καὶ αἰενεύθερος, καὶ ὄργι-
λης, καὶ αὐτοπεῖς, καὶ πανύργη, καὶ πάντα βότον στεφαρμένης.
id est, & dicebat se mirari Diogenes, si quidē pro-
fiteretur dentium sanandorum scientiam, om-
neis dolore affectos ad se accessuros, roganteis,
vt dentem corruptum sibi eximeret, atq; cuelle-
ret: & si polliceretur se oculis medicinam factu-
rum, omneis homines sibi oculum curandū com-
missuros: similiter si splenis, aut podagre, aut pi-
tuitę, seu grauedinis medicamentū, remediumq;
se nouisse diceret, omneis morbis illis implicitos
ad se concursuros: posteaquām autē dixit se eos,
qui sibi fidem haberent, ignorantia, & nequitia,
& intemperantial liberaturum, neminem sibi au-
reis admouisse, animūmue attendisse, neque se-
se sanandum tradidisse, ne si pecuniam quidem
vnā cum valetudine aut sanitate accepturus es-
set, quasi ab his malis minus conflectetur, quām
ab illis, aut quasi grauius ac difficilius sit homini
lienem tumentem, vel dentem putridum, seu cor-
ruptum patienter ferre, quām animum insipien-
tem, & indoctum, & timidum, & audacem, & vo-
luptatū ardore flagrantem, & illiberalē, & ira-
cundum, & anxium, & vafrum ac subdolum.

S I Q V I D E S T A N I M U M] si quid animum
exest, abs sumit, rabi facit, &c. sic & verbo ἔσθω, seu
ἔσθομαι utuntur Graeci. Hom. iā. w. πινὸν ἐμὸν, τέο μέ-
χις ὁδηρόμενος καὶ ἀχεύων Στίλη ἔσθαι κερδίλων, id est, ὁ fi-
li mi, quo usque lamentans & mārens cor tuum
edes? M. Tull. lib. 3. Tuscul. quæst. Ipse suum cor
edens, hominum vestigia visitans: quem versum cum
illo superiore, *Qui miser in campis mārens errabat*
Aleis, vertit ex Homeris iā. 3. Ήπιό καππαδίον τὸ ἀλιόν
οῖος ἀλάτο Οὐρυμὸν καπτέαν, πάν τὸν ἀνθράκων ἀλεεῖναν. Ali-
quot libri veteres habent *si quod*: qua scriptura
non est rei cienda. nam & probabilem senten-
tiam continet, neque tamen multum ab altera
differentem. hoc enim ea significatur, cur qua
lēdunt oculos studes & properas detrahere, si id,
quod consumit & corrumpit animum, curare ces-
fas & cunctarīs?

DIMID. FACTI, QVI COEPIT, &c.]
Hesiod. Αρχὴ δὲ τοῦ ἡμερου παρτὸς. id est, principium
autem dimidium totius. Plato lib. de rep. secun-
do, ἐκεῖνῳ οἰδάς ὅτι ἀρχὴ παρτὸς ἔργυ μέγιστον, ἀλλωσε καὶ
νέω, καὶ ἀπαλῷ ὅτιωσι, id est, scis ne igitur principium
cuiusque operis maximum quiddam esse, præser-
tim & iuueni, & cuiuis, qui tener sit, & flexibilis?
& Aristot. li. 1. de morib. ad Nicom. Σοκεῖ οὐδὲ πλεῖον,
ἢ τὸ ἡμερου τὸ παρτὸς τίνας ή ἀρχὴ: id est, videtur igitur
princi-

A principium plus esse, quam dimidium totius.

S A P E R E A V D E] quasi ad rem magnam & arduam excitans, dixit aude. Virg. Aen. 9. Euryale audendum dextra. epist. 3. infra. ipse quid aude?

R V S T I C U S E X S P E C T . D V M D E F .] nomen *rusticus* cum verbo *exspectat* coniugendum mihi esse videtur, hoc sensu, *Rusticus exspectat*, id est, rusticus similis est, qui *exspectet*: vel eo rusticus est, quod *exspectet*: rusticè *exspectat*: rusticum se in eo esse ostendit, qui *exspectet*, dum defluat amnis, &c. quod genus annotauimus suprà ad Od. 8. lib. 3.

V O L V B I L I S] sic sup. Od. 1. lib. 4. *te per aquas, dure, volubileis*: repeate verbum *sequor*, &c. &c.

B E A T A] benè dotata, diues, & pecuniosi. sic sèpè Horat. sat. vlt. lib. 2. *Vt Nasidieni inuit te cena beati?*

E T I N C V L T A E P A C . V O M . S I L V A] sic Virg. Geor. 2. *Aut unde iratus filiam deuexit auctor, Et nemora euerit multo signaua per annos, Antiquasq; domos avium cum stirpibus imis Errit: illæ alatum nidis petierer relictis. At rudes emittit impulsu vomere campus.*

Q V O D S A T I S E S T C V I C O N T I G I T H I C N I H I L] sic legendum est, & ita scriptum reperi in tribus libris antiquiss. omnes quidem habent *contigit*, non ut vulg. *contingit*.

N O N D O M . A V T F V N D . &c.] eandem sententiam propemodum expressit suprà Od. 1. lib. 3. *Quod si dolentem nec Phrygius lapis, Nec purpurarum sidere clarior Delenit usus, &c. & Lucretius lib. 1. Nec calida citius decadunt corpore febres, Textilibus si in picturis, ostroq; rubeti lacteis, quam siplebeia in ueste cubandum est. Quapropter quoniā nil nostro in corpore gaz. & Proficiunt, neq; nobilitas, neq; gloria regni, Quod superest, animo quoq; nil prodesse putandum est.* Varro *ār̄p̄w̄n̄w̄t̄. Non sit The sanris, non auro pectu' solutum: Non demunt animi curas ac relligiones Persarum montes, non atria diuiti Crassi. Tibull. Non opibus mentes homini, curaq; leuantur, Nam fortuna sua tempora lege regit.*

C Q V I C V P I T , A V T M E T . &c.] Qui cupiditate (inquit) aut metu, aut ceteris animi morbis affectus est, is nihil maiorem ex fortunæ bonis, & possessione diuinarum, fructum percipit, quam lippus ex tabulis pictis, &c. in lib. Ianno & Torn. & Nicot. Russard. Cleric. Morell. scriptum est, sic *domus & res*.

F O M E N T A P O D A G R A M] Sed nonne fomenta siue calida, siue refrigerantia, nempe proportione & natura podagræ, iuuant podagrum? iuuant quidem, sed ita, vt dolorem leuent, & minuant ad tempus, non ut funditus & in perpetuum tollant. Fomenta enim admouentur summis corporis partibus, vt & maligmata, & catalplasmaria. at mali causa non est in summo corpos, sed longius oritur, & altius infedit. Quocirca non qui fomentis vtitur, iuuat verè podagrum, sed qui causam morbi funditus extirpat: vt qui Venere & vino se abstinenter, & tenuiter, frugaliter, continenter viuit. Vbi autem sentiri cœpta est podagra, sanguinis missio adhibita saepe annuam, nonnumquam perpetuam valetudinem præstat:

quidam etiam cum asinino latte poto se eluisserint, in perpetuum hoc malum euaserunt, inquit Celsus lib. 4. cap. 24. quidam, vt idem ait ibidem, cum toto anno avino, muljo, Venere sibi temperassent, securitatem totius vita consecutisunt, &c. D

S I N C E R . E S T N . V A S , Q V O D C .] sic Lucret. lib. 6. in princip. de Epicuro, Intellexit ibi vitium vas efficere ipsum, Omniaq; illius vitio corrumpentes, Quæ collata foris, & commoda cumq; venirent: Partim quod fluxum, pertusumq; esse videbat, Vt nulla posset ratione expliqueret omniam: Partim, quod tetro quasi conspurcare sapore Omnia cerebat, quacumq; receperat, intus, &c.

S P E R N E V O L V P T .] In quibus spernendis & repudiandis virtus vel maximè cernitur, inquit M. Tullius lib. 1. de legibus, sub extremum, quibusque saepe vincuntur qui alioqui viribus & ferro erant inexpugnabiles atque iniuncti. Exemplo sit Annibal, quem luxuria, & deliciae Campagna fregerunt, atque eneruarunt, bello insuperabilem atque indomitum. Itaque præclare dictum E est illud à quodam, μία μῆς ἀσθενόδος, τὸ τῆς ιδοῦντος πόλεως τῶν μητρῶν: id est, vna est infirmioribus, & imbecillioribus via, qua potentiores aduersarii superare possint, voluptas. Hoc cùm scirent prudentissimi illi viri M. Curius, & T. Coruncanus cùm audissent, esse quemdam sapientem, qui diceret, omnia, quæ faceremus, ad voluptatē esse referenda, meritò optabant, vt id Samnitibus, & Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci posset, cùm se voluptatibus dedidissent.

N O C E T E M T A D O L O R E V O L .] atqui omnis voluptas corporis, emitur subsequence dolore, & cū dolore subsequence coniuncta est, seu dolorem comitem & quasi connexum habet. omnis igitur corporis voluptas nocet. subsequence autem idcirco dixi, quia si voluptatem anteiret labor, ea voluptas non esset aspernanda, aut fugienda: immò vt stabilis & solida, vehementer amplectenda, plurimiq; facienda. Itaq; quisapiunt, voluptati laborem anteponunt, vt laboribus suscepitis atq; exantatis, solida gaudia gaudeant. Contrainsipientes voluptatem experti, laborem su giunt: ex quo sit vi eorum vita sit calamitosa & misera. Sed, vt ad institutum redeam, scite & festiuè in hanc sententiam Plato in Phædone ait, mirabiliter affectum esse naturā id, quod iucundum dicitur, adid, quod ei contrarium videtur esse, molestū, seu dolorem: propterea quod, inquit, ea simul homini adesse nolunt: si quis autem persequatur alterum, & consequatur, propemodum cogitur etiam alterum paullo post recipere, tanquam ambo ex uno capite, seu extremo apta atq; inter se connexa sint. Ac mihi videtur (inquit) si ea animaduerteret Aësopus, fabulam huiusmodi compositurus fuisse, Deum, cùm ea vellet inter se in gratiam reducere & reconciliare, bellum inter se gerentia, quoniam id consequi nō posset, eoru extrema in unum conduxisse & coniuxisse: atq; iccirco, ad quemcumque alterum eorum vernicerit, ad eum subsequi etiam alterum. Verba Platonis Græca si quis requirat, petat ex Platonis Phædone non longè à principio, illo loco: Καὶ τέλος,

Carapæ,

A βεράντα, οὐς ἀποποιεῖ φησι, οὐς ἀνθεῖ, οὐς πείναι τόπο, οὐκαλέσσει
οἱ ἀνθεῖσινδι. οὶς θαυμασίως πέφυε τὸ δοκοῦ ἐνα-
ποντιναὶ τὸ λυπηρόν, &c. sic & Plau. Amphit. Satin par-
na res est voluptatum in vita. Atq. in aetate agunda,
Præquam quod molestum est? Ita quoq. compara-
tum est in aetate hominum. Ita dijs placitum, volunta-
tem moror ut comes consequatur. Quin incommodi
plus, maliq. illico affit, boni si obtigit quid.

S E M P E R A V A R. e.g.] semper avaro ali-
quid deest, numquam enim expletur diuitiarum
sit. quin etiam ijs, quæ habet, eger. Nihil refert
vtrum avarus habeat, an non habeat, cum ei de-
fint ea, quæ habet, id est, cùm ijs rebus, quas vel
suo labore peperit, vel beneficio fortunæ nactus
est, vt frui non audeat. sed hac de re plura dice-
mus ad illum locum obscurissimum, & nondum
à quoquam explicatum, quiet epist. 2. lib. 2. sed,
quod non desit, habentem, &c.

C E R T. V O T O P E T E F I N.] cùm sit im-
B mensa, & infinita in hominibus avaris pecuniæ
cupiditas, certum (inquit) diuitiarum finem ex-
pete: id est, cupiditatem, & studium pecuniæ de-
fini, ac termina: vel certam aliquam ac definitam
pecuniæ summam opta & expete, quam vbi con-
secutus fueris, plura querere desine, bonisq; par-
tis fruere, & viue. sic lat. 1. lib. 1. Deniq. si finis qua-
rendi, cumq; habeas plus, Pauperiem metuas minus.
non est autem intelligendus hoc loco Horatius
significare, diuitias nobis tamquam finem, pro-
positas esse oportere: sed earum modum esse
quendam constituendum, quo contenti esse de-
beamus.

I N V I D V S A L T. M A C R. R E B.] sic Lu-
cret. lib. 3. Macerat inuidia ante oculos illum esse
potentem, Illum aspectari, claroq; incendit honore:
Ipsi se in tenebris volvi, cœnoq; queruntur. Horat.
satyr. 1. lib. 1. Quodq; aliena capella gerat disten-
tius uber, Tabescat? &c. Videtur autem quædam
esse non inuenusta in his duobus, opimis macro-
scit, antithesis.

C **I N V I D. S I C. N O N I N V E N.**] Pindarus εἰδ.
ια. πνθ. φθονοὶ δὲ αἰνιόνται ἄτα, id est, inuidi autem
damno plectuntur, & Plato lib. nono de legibus,
inuidiam ait esse contubernalem grauem, ac mo-
lestam, maximè quidem ac primo loco ei, qui in-
uideat, secundo loco viris optimis, & clarissimis
ciuitatis. Appellata autem Horatius hoc loco in-
uidiam eam, quam M. Tull. ambigu nominis fu-
giendi causa, inuidientiam nominat lib. Tuscul. 3.
& 4. Sententia porro huius loci hæc est, quam-
uis Siciliae tyranni grauissima tormenta ad cru-
ciandas homines ihuenerint, nullum tamen tor-
mentorum illorum grauius inuidia fuisse.

Q V I N O N M O D E R. I R A E] id est, qui iræ
moderationem non adhibebit, & veluti frenum
inijicit. hæc enim vis est huius verbi cum dandi
casu coniuncti, vt M. Tull. Partit. nam auditorum
aures moderantur oratori prudenti, & pronido: &c.,
quod respunnt, immutandum est.

I N F E C T. V O L. E S S E, D O L. Q V O D, &c.] id est, nolet id esse admisum, vel optabit ne id
sit à se admisum, quod dolore, & ira impulsus fe-
cerit: pœnitibit eum facti. epist. de arte poët. Com-

misse cauet, quod mox mutare laboret. infectum, D
id est, nō factum. Plaut. Mostell. Egone? [somnia]
at quidem tu, qui istoc te speras modo Potesse dissimu-
lando infectum hoc reddere. Sed cur dolorem &
mentem concurrentis facit in ira, & in pœnis
expetendis? De dolore, docet Aristoteles multis
locis, iram cum dolore esse coniunctam: & tum
doloré hominem itatum leuari, cum iniuriā acce-
ptam retulerit. de mēte, idem docet lib. 7. de mori-
ribus ad Nicomach. eum, qui iratus sit, à ratione
quodammodo persuaderi, & induci, vt pœnas ab
eo, qui iniustè lacerit, expectat. Vele respexit
quid ex veteribus alij iracundiam definierunt
feruorem mentis, alij cupiditatem puniendo
doloris.

D U M P O E N A S O D I O, &c.] id est, dum
odio prouectus pœnas de eo, quicquid pœnas
sumere festinat: vel sic, dum iniuria, quam ipse
sibi accepisse videtur, dolorem inultum, & icci-
co grauem & molestum, vlcisci properat, vt ani-
mum dolore leuer. Nam quamdiu is, qui se acce-
pisse iniuriam existimat, inultus est, tandiu graui
quasi onere premitur: vbi iracundiam suam ex-
pleuit, doloremque suum punitus est, tum exo-
neratus est. verbum festinat coniunxit cum quar-
to casu, vt Virgil. Ænei. 4. Festinare fugam, tortosq;
incidere funes. idem de verbo maturare sentien-
dum. Æn. 1. Maturare fugam. Horat. epist. prox.
seq. Hoc opus, hoc studium parui properemus, & am-
pli. & Od. 7. lib. 2. Deproperare apio coronas. sic
Græci verbum αὐτόδιν. Pindarus Πνθ. γ. μὴ φίλα Λυ-
χα Βιον ἀτάνατον αὐτούδε: πάνδε ψυχεακτον ἄγτει μαχανάν:
id est, ne care anime vitam immortalē festina:
facilem autem hauri machinam. & Homerus ix.
ταῦτα δὲ ἀμαρτηνή Σπύδειν, αὐτὸν ὁ φελός πενθεμένη παῖδες
έρν: id est, hæc autem vñā nos properare oportet,
si possimus aliquid prodesse nos etiam duo.

I R A F V R. B R. E S T] sic Themistius in ora-
tione de amicitia, ἐγὼ δὲ οἶμαι (inquit) πλούτῳ μα-
νιαν ὀλγάσσοντειν, quod notat M. Anton. Mure-
tus. M. Tull. Tuscul. 4. An est quicquam similius
insania, quamira? quam bene Ennius initium dixit
insania. Et Apollonius dicebat, Της οὖν θυμίας τὸ ἀν-
θροεσσε μανιαν, id est, iracundiæ florem esse insaniā.
Et Plutarchus in Romulo, οὐρῆς τάχος ἀβύλοι, id est,
iræ, celeritatem inconsideratam, & consultatio-
nis expertem. vide annot. ad Od. 16. libri primi.

A N I M U M] τὸν θυμόν, vt Hom. ιτάσι. β. Θυμὸς δὲ
μέγας οὐδὲ μέτεφέων βασιλίων. Cæcilius, Nunc enim de-
mum mihi animus ardet, nunc meum cor cumula-
tur ira. Nam & apud Latinos animus interdum
accipitur pro quauis libidine à ratione auersa, vt
Plaut. in Trinummo, si animus hominem perculit,
actum est, si animo seruuit, non sibi. si ipse animum
perculit: dum vivit, vicit, vicit, vicit, vicit.

H V N C F R E N I S, &c.] tamquam equum fer-
ocem & indomitum.

C O M P E S C E] comprime. sup. saty. 8. lib. 1.
qua pœnis compesceret inferiorem. Od. 16. li. 1. Com-
pescementem.

F I N G I T] format, instituit, docet, vt lib.
de arte poëtica, quamvis & voce paterna Fingeris
ad rectum.

T E N E R A]

A TENERA] molli, & facili ad domandum.
EQVM TEN. DOCIL. CERV.] equum iuuenem, & idcirco ad domandum facilem.

MAGISTER] iunior, qui domat equos.

I RE VIAM] sic loquebantur veteres. Cic. pro Murena: Ite viam: Præsto aderat sapiens ille, qui ire viam doceret. sic enim legendum, non, ut vulgo inire viam, neque inire viam.

VENATICVS] vtitur hoc nomine Plautus in Mil. glorioso, si tan non repperio, sed odorans, quasi venaticus usque, donec persecutus volvem fuero. & M. Tul. Verr. de signis, quo postea, quam venerant, mirandum in modum canes venaticos diceret: ita odorabantur omnia, & pernuestrigabant, ut, ubi quicquid esset, aliqua ratione invenirent.

CERVINAM PELL.] pellem cerui alga, aut cetonibus refertam, quæ cerui similitudine gerit.

MILITAT] serio feras insequitur, vel veros ceruos infectatur. catulus, id est, canis, ut sup. Od. 1. lib. 1. Sen visa est catulis cerna fidelibus.

B NVNC ADBIBE] vitiosa est eorum codicum scriptura, qui habent adhibe. est enim legendum adhibe: quo verbo & Terent. vtitur in Heautont. Vbi mibi adhibbit plus paullo, sua qua narrat facinora? tralatio est ab animantibus sitiëtibus, & sitim expletibus. adhibe enim, hoc est, attende, audi, & celeriter percipe: quemadmodum ferè supra locutus est Oda. 13. lib. 2. pugnas & exactos tyranos Densum humeris bibit aure vulnus, vel dic adhibe, id est, animo imbibit, ut dicuntur lanæ colorē & candorem bibere. & ut Dido apud Virg. lib. 1. Æneid. longum bibebat amorem.

PVRO PECTORE] nondum vitiis inquinato, Lucret. libr. 5. procem. At bene non poterat sine puro pectore viui.

PVER] vult nos statim à pueris philosophie, & recte honesteque viuendi scientia operam dare, ne simus, & iudicemus, i. seri studiorum, ut loquitur epist. 19. huius lib. sed & adhibe, id est, à pueritia instituti & eruditii. Plurimum autem interest utrum aliquid discas puer, an iam ætate grandis: quam-

C quam præstat ferè discere, quam numquam, ut dicebat Socrates.

QYO SEMEL EST IMB. R. S. O.D.] sic Plato lib. 4. derep. seu de iusto, ait, tinctores, seu infectores, vbi lanam purpura insicere volunt, primum lanam sumere candidissimam, deinde eam accurate preparare, ut florè purpuræ quam maximè imbibere possit: & tum denique purpureo colore lanam illam tingere: quo facta purpura lanæ insitam atque inditam nulla ratione, nullo nitro, nulló velomento, aut sapone abstigeri, neque deleri posse, &c. verba Platonis posita sunt 5. ferè pagina libri, ibi, οὐκοῦν οἰδα τίνδει φόνοι βασικοῖς, ἐπειδὴ βελτῶσι βάσανται ἔρια, οὐτε εἴναι ἀλουργά, πρῶτη μὲν, &c.

NVNC TE MELIORIB. OFF.] nunc (inquit) dum tenera est ætas, dum mollis & tractabilis, & cerea, dede, seu præbe te honestis & salutribus disciplinis erudiendum, bonisque & rectis opinionibus imbuedum, malis artibus & prauis opinionibus reiectis.

NEC TARD. OPP. NEC PRÆC.] neceos

D exspecto, qui sunt signatores: neceos virgeo, qui antecedunt: id est, non excito, neque impello, cum sua sponte satis properent, meaque cohortatione non egeant. Vel, quod mihi magis placet, non insto præcedentibus, ut eos anteuerteram: non conor eos anteuertere: ut sat. 1. lib. 1. Instat equis auriga suos vincentibus. est enim tralatio perpetua ducta à cursoribus, seu quadrigis, falluntur autem qui insto interpretantur obsto, id est, impedio.

3. AD IVLIVM FLO- rum.

IVL I Flore quibus terrarū militet oris
Claudius Augusti priuignus, scire la-
boro.

Thracane vos, Hebrusque niuali compe
de vincitus,

Anfretæ vicinas inter currentia turreis,

An pingues Asiae capi, collésq; morantur?

Quid studiosa cohors operum struit? haec
quoque curo.

Quis sibi res gestas Augusti scribere su-
mit?

Bella quis, & paces longum diffundit in
æuum?

Quid Titius, Romana breui venturus
in ora?

Pindarici fontis qui non expalluit hau-
stus,

Fastidire lacus, & riuos ausus apertos:

Vt valet? ut meminit nostri? fidibusne F
Latinis (Musæ?

Thebanos aptare modos studet auspice

An tragica desauit, & ampullatur in
arte?

Quid mihi Celsus agit? monitus, mul-
tumque monendus, (vitæ

Priuatas ut querat opes, & tangere

Scripta, Palatinus quæcumque recepit
Apollo:

Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula
rism

Furtiuis nudata coloribus. ipse quid au-
des?

Tt

Que